

L. AESICA,
STATIO PER LINEAM VALLI DECIMA

(Greatchesters).


Accedit *Haltwhistle Fell.*

De situ castrorum post Vindolanam proximorum vestigia satis conspicua dubitari non sinunt (cf. Horsley p. 150; Maclauchlan *memoir* p. 45; Bruce *wall* p. 232); supersunt enim murorum portarumque, item aedificiorum variorum fundamenta, quanquam vix unquam (cf. n. 732) effossa cum cura. Notitia igitur cum post Vindolanam ponat *tribunum cohortis primae Asturum Aesicae* (p. 114* 12; *Esica* Ravennati est 5, 31 p. 432, 19), nemo haesitabit Aesicam appellare castra illa magna dicta hodie a vulgo iniuria; non enim multo maiora erant quam Vindolana (*Littlechesters*). Tamen primae Asturum cohortis nulla in Britannia superest memoria; secundam ibi militasse docent diplomata annorum 106 et 124 (errore enim in illo ego olim primam memoratam esse putavi mus. Rhen. 11, 1857 p. 22, deceptus prava diplomatis eius lectione). Itaque cum accedant titulus n. 732, in quo horreum a secunda Asturum cohorte ibi restitutum esse scriptum est, itemque tegula Aesicae reperta et satis plane inscripta *coh(ors) II Astur(un)*, hoc quidem loco satis tuto statuere possumus pravam esse notitiae lectionem primamque cohortem mutandam in secundam; id quod iam observaverunt antiquarii Britanni. Titulus alter ibi repertus (n. 726) cohortis sextae Nerviorum meminit, cuius tribunum notitia (p. 115* 6) Virosidi collocat. De eius autem loci situ non constat, ut supra vidimus. Tituli Aesicenses reliqui a ceterarum stationum non multum differunt. Extat in iis diserta Hadriani (n. 730), divorum fra-

trum (n. 731), Severi Alexandri, item legati Augusti eius (n. 732) memoria; sepulcrales paene omnes militum sunt (n. 739—742), ut expectaveris; lapides centuriales consoliti non desunt (n. 734—738). Addidi memoriam legionis sextae vivae rupi incisam in lapisolidinis (n. 733), ut supra similiter repperimus privati alicuius nomen posteritati traditum (n. 576); alia eiusdem generis infra memorabuntur (n. 871 cet.). Inter anaglypha sine titulis unum erat memorabile quod perii (Gordon it. sept. p. 79; Horsley p. 229 *Northumb.* 63 cf. *praef.* p. XV; inde Goughs *Camden* 3 p. 503 tab. 29 fig. 13; Bruce *lapid.* n. 287): exhibebat enim Victoriae duas alatas sertum iunctim tenentes; infra aquilae duae arboribus insident, infra quas apri duo invicem sese incurvunt. Intra sertum, quod Victoriae tenant, tabella est, sed non scripta (cf. n. 717 aliaque anaglypha similia).

Antiquioribus perpauci tantum tituli Aesicenses noti erant **GORDONI**, **WARBURTONI**, **WALLISIO** singuli (n. 725, 732), **HUTCHINSONI** tres (n. 732, 734, 743), quattuor **BRANDIO** (n. 732, 735, 739, 742). **HORSLEIUS** sex vident (n. 725, 735, 737, 739, 741, 743); quibus duo accesserunt per **HODGSONEM** (n. 726, 730). Plurimi **BRUCIO** debentur; lapisolidinarum ille unus (n. 733) **CLAYTONI**. Quotquot eorum servantur in museis Aelianensi et Cilurnensi descripti; castra ipsa non adi.

725 Greatchesters, unde ad *Hexham* asportavit **WARBURTON**. Inde Dunelmum pervenit in bibliotheam capitularem, ubi servatur. Est pars superior aerae, supra anaglyphis ornatae. Literae videntur esse saeculi tertii.



Contuli et supplevi. Gordon it. sept. p. 95 tab. 41 fig. 1; Warburton *map of Northumberland*; Horsley p. 228 *Northumb.* 61 (inde Warburton vallum p. 73, 61; Goughs *Camden* 3 p. 503 tab. 29 fig. 11; Hodgson 2, 3 p. 204); Bruce in schedis, *lapid.* n. 278.

1 D.M.D praeter me omnes, quanquam Horsleius iam suspicatus est dubitanter IOMD legi posse, quod interpretatus est *I. o. m. dicatum, male. 2 EIL Gord., EIL Horsl., ELL Bruce. Verum est F litteram E litterae similem esse, ut saepe; neque vero dubitari potest de lectione. 3 REGVI . Gord. 4 DVILI Horsl., quae litterae possunt in lapide fuisse.*

[*I(ovi)] o(ptimo) m(aximo) D(olicheno) [Titia] Sabini fil(ia) [Ruf]ina, Regulus*

726 This I saw at Waltown (about 2 miles west of Aesica) in 1817, where it had been for a long time. The farmer there supposed it had been brought from Great Chesters, because that place and Waltown had for many years belonged to the same proprietors, and Waltown was formerly the place of their residence HODGS. Inde post Hodgsonem tribui solet Aesicae; sed apparent causam vix esse idoneam. Servatur nunc in Newcastle in museo, dono Henrici Wastal, of Newbrough. Lapis longus est ped. 2, altus dig. 8.

VIC · TO · RI · AE · AG · COH · VI ·
NER · VI · O · RM · CVI · RAEEST · C ·
IVL · BAR · BA · R/S · RAE · FEC · V · S · L · M

Contuli. Hodgson 2, 3 p. 204; Bruce *Archaeol. Ael.* 1, 1857 p. 254, *catal.* p. 34, 110; *wall* p. 237, *lapid.* n. 272.

Cohors VI Nerviorum supra a nobis reperta est apud Brigantes (cap. XXIV).

Victoriae Aug(ustae) coh(ors) VI Nerviorum cui praeest C. Iul(ius) Barbarus praefec(tus) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

727 Greatchesters. Servatur in Chesters in museo (inde ab a. 1867?). Arula alta dig. 12, lata 6.

DEO
VETI
RI · V

Bruce in schedis, *lapid.* n. 275.

728 Greatchesters. Servatur in Newcastle in museo; arula parva.

DIB / us
VETERI
BVS POS
VIT ROMA
NA

Contuli. Bruce *Archaeol. Ael.* 1, 1857 p. 249, *catal.* p. 29, 97, *wall* p. 238, *lapid.* n. 274.

729 Greatchesters. Servatur in Chesters in museo. Arula pars superior alta dig. 5¹/₂, lata 5.

astrum
DIBVS VE
TERIBVS

Bruce *wall* p. 237, *lapid.* n. 273.

730 Greatchesters, tabula lapidea rep. (ante a. 1821) prope portam stationis orientalem. Servatur in Chesters in museo (ubi ego non vidi); longa est ped. 3 dig. 7¹/₂, alta ped. 2 dig. 8.

supra versuum duorum spatium vacuum est
IMP CAES TRAIN HADRIA sic
NO AVG P P

Bruce *wall* p. 236, (inde Newton p. 107, 10a; Hodgson 1p. 51) *lapid.* n. 279. Estne in lapiде TRAINO?

imp(eratore) Caes(are) Trai[a]n[o] Hadriano Aug(usto) p(atre) p(atriæ)